3 Testamentum non solenne an valeat inter liberos naturales. in. l. inter omnes. nu. 4. ⁊. 5. fami. ercis. 226
6 Testamentum producere sufficit coram iudice animo insinuãdi: licet iudex nihil pronunciet. in. l. omnium. nu. 8. de testa. 62
6 Testamentum licet princeps approbet, tamen põt reuocari. ibid. numero. 10.
7 Testamentum patris prius debet mandari executioni, postea filij. in l. j. nu. 5. de bo. autho. in. poss. 330
3 Testamentũ falsum an faciat ius apud omnes, sicut si pronũtietur in querela. in. l. cum hereditatis. nu. 13. de pet. here. 199
6 Testamentum primũ quando tollatur per secũdum ipso iure. in. l. sanctimus. nu. 5. de testa. 63
6 Et an per secundum testamẽtum reuocetur primum habẽs clausulã derogatoriam, de qua in secundo testamento non fit mentio. ibid. numero. 6.
6 Testamenti scedula si reperitur manu patris sine testibus inter liberos an dicte scbedule standum sit. in authen. quod sine. numero. 1. de testamen. 62
6 In testamento inter liberos sufficiunt de femine in testes, vnus masculus ⁊ vna femina vel bermaphrodito. ibi. nu. 2.
6 Et etiam sufficiunt non rogati. ibi. num. 3.
6 Testamentorum scripturas an imbreuiata vitient. ibi. nu. 5.
6 Testamentum inter liberos quando reuocetur per secũdum. in auc. hoc inter. nu. 1. de test. 63
6 Et quid si pater iurauit non reuocare. ibi. nu. 2.
6 Et quid si neutrum testamentum est scriptum manu testatoris, an valeat secundum testamentũ, clausulam derogationem non habẽs. ibi. nume. 5.
6 Testamẽtum a ciue factum in rure cora quinq; testibus, an valeat. in l. ⁊ ab antiquis. nu. 2. de testa. ord. 66
5 Testamentum ad pias causas factum an possit reuocari. in repe. l. habeat. nu. 64. ⁊. 67. de sac. san. eccle. 14
6 Testamentum approbare an possit preteritus in preiudicium fratrum quibus non est aperta via. in. l. postbumo. numero. 2. de contrat. ibul. 38
6 Testamentum an sit aliquid de iure ciuili, si preteritus approbat testamentum, in quo sunt instituti fratres sui. ibi. nu. 3.
6 Et quid si instituti essent pauperes christi, vel loca pia. ibidem numero. 4.
6 Et quid in alijs, qui non possunt succedere ex testamento imperfecto, an approbante preterito poterũt perpetuo adire hereditatẽ de equitate scripta. ibi. nu. 5.
6 Testamentum vsurarij manifesti an recõualescat per subsequentem cautionem de restituendo vsuras prestitas secundum formam. c. quã quam. de vsurijs. lib. vj. ibi. nu. 6.
7 Testamentum vsurarij an valeat ad pias causas. in. l. exequutorem. nu. 9. de exec. rei iud. 279
4 Testamentum filij preteriti est nullum ipso iure. in. l. si cõstat. nu. 2. de compen. 91
1 Testamẽti mutatio in monasterijs non mendicãtibus, quibus modis fiat, ⁊ an possit fieri vel reuocari tale testamentum. in auth. si qua mulier. nu. 9. de sacrosan. eccl. 21
Testamentum an rumpatur agnatione postbumi, ⁊ quomodo intelligatur. ibi. nu. 10.
6 Testamentum quando sit nullum ratione preteritionis. in authẽ. ex causa. nu. 13. de libe. prete. 92
9 Testamentum quando sit nullum ex causa exheredationis. ibidem. numero. 44
6 Testamẽtum facere an possint mutilati membris per sententiaz. in. l. si veritas. nu. 7. de fideicom. 148
6 Testmentum totum debet fieri vno cõtextu, ⁊ quare. in. l. cũ antiquitas. nu. 1. de testamen. 65
6 Testamentum an vitietur, si testator intermiscet donationem, vel vẽditionem in testamento. ibi. nu. 4.
6 Testamenti vna pars an possit probari per septem testes, ⁊ alia pars per alios septem. ibi. nu. 5.
1 Testamentum licet sit factum cora episcopo debet tamen insinuari coram iudice communi. in. l. repetita. nu. 1. de epis. ⁊ cle. 46
6 Testamentum semimortui valet, dum tamẽ sit sane mentis, ⁊ apte posit verba proferre. in. l. quoniam. nu. 1. de testa. 61
7 Testamentum secundum si fuit inualidum, quãdo repetitio ab intestato facta in primo aliquid operetur. in. l. j. numero. 2. de fideicommiss. lib. 204
3 Testamenti perfectio duplex. in. l. inter omnes. nu. 6. fami. ercisc. 227
7 Testamentum si fecit hebreus, an notarius christianus, qui nescit literam hebraicam, poterit inde esse rogatus. in. l. iudices. nu. 5. de sen. ⁊ inter. omn. iudic. 56
1 Testamenta licet priuilegiata sint contra querelã, non tamẽ sunt priuilegiata contra ius dicendi nullum. in. l. cum lege. nume. 1. de episco. ⁊ clericis. 50
6 Testamentum in quo suus est preteritus, an possit sic approbari, qõ valeat de iure ciuili. in. l. si pater. nu. 15. de insti. ⁊ substi. 75
6 Testamenta apud quos possint insinuari. in. l. omniũ. nu. 1. de testamen. 61
7 Testamentum filij cuius pater communi opi. reputabatur mortuus vel filius erat emancipatus, cum non esset, an valeat. in. l. si arbiter. nu. 16. de sen. ⁊ interlo. om. iud. 234
6 Testandi duo sunt modi in. l. inbemus. nu. 1. de testa. 66
1 Testamẽtum qualiter ⁊ quando possit impugnari. in repeti. l. habeat de sacrosan. eccl. nu. 4. 10.
1 Testari que persone possint ad pias causas. ibi. nu. 5.
6 Testamentum an possit incipere a gradu posteriori. in. l. j. nu. 10. de li. preteri. 87
6 Testamento rupto in casu auth. ex causa. de lib. prete. que remaneant firma. per. d. auth. ibi. nu. 24. cum plu. seq. 94
6 Testamentum regulariter non sumit effectum, nisi adita hereditate. in. l. si. nu. 3. si quis omis. can. test. 132
2 Testamẽtuz non potest esse simul falsum, ⁊ inofficiosum. in. l. edita. n. 66. de eden. 84
6 Testamẽtum debitoris non nocet creditori, quin creditor possit vendere pignus. in. l. predia. nu. 5. de fideicom. 139
6 Testamentum pupilli nõ dicitur testamẽtum: ⁊ ideo non excludit legitimos. in. l. si autem. ver. no. de legit. here. 189
6 Testamentum si fiat coram iudice, an sint necessarij septẽ testes, sicut quando fit coram tabellione: cum vterq; sit publica persona. in. l. omnium. nu. 1. de testa. 60
6 Testamẽtum scriptũ manu tabellionis coram septem testibus an probet. ibi. nume. 4.
3 Testamentum an valeat, in quo pater instituit filium in minus legitima parte, ⁊ prohibuit qõ non plus possit petere, vel habere. in. l. omni modo. nu. 5. de inofi. testa. 187
7 Testamẽtum literis grecis factum, si producitur lugduni, vbi nõ est nisi vnus grecus, qui sciat interpretari, an sufficiat eius interpretatio. in. l. directas. nu. 1. de testa. manumiss. 203
6 Testamẽto ceci an credatur sine publicatione. in. l. hac consultissima. nu. 12. qui testa. face. pos. 56
6 Testamentum qualitercũq; possit tolerari presumitur pro testamento. in. l. quãuis. nu. 1. de edi. diui adri. toll. 109
6 Testamentum factum in carcere tyranni coram quinq; testibus, cũ plurium copia haberi non possit, metu tyranni, valet. in. l. ⁊ ab antiqs. nu. 1. in fi. de testa. 65
6 Testamẽtum an tollatur ipso iure per cancellationẽ, an ope exceptionis. in. l. nostram. nu. 2. ver. ij. queritur. de testa. 60
6 Testamẽtum an probetur per solum publicũ instrumentũ legitimo numero testium vallatum. in. l. j. nu. 15. ⁊. 16. de testa. 57
6 Testamentum publicatum habetur pro originali scriptura perdito originali. in. l. publicati. nu. 1. eo. tit. cod.
9 Testamẽtum filij cuius pater erat deportatus, an patre restituto in integrum firmetur. in. l. si. nu. 15. de sent. pass. 452
8 Testamentum factum venetijs secũdũ statutum venetorũ cum duobus testibus, cum sit ibi solẽnitatẽ fortitum, valet: ⁊ illi duo testes subscripti sufficiunt, vbicunque locorum. in. l. in hac. numero. 2. de donationibus. 398
1 Testamentũ factũ ante gressum, an possit mutari, vel reuocari. in auth. si qua mulier. nu. 7. de sacrosan. eccl. 21
6 Testamentum solenne an tollatur per secundũ non solenne. in authẽ. hoc inter. §. si quis. nu. 1. de testa. 63
6 Testamentũ an sit irritum ex causa preteritionis. in auth. ex cã. nu. 6. cum plu. seq. de lib. prete. 91
3 Textus authẽ. si omnes. si vt se ab here. ab. an requirat citationem solennem. ibi. nu. 8. 148

6 Textu sublato sunt sublate gl.ꝛ interpretationes.in.l.edicto.nu.11.de edi.di.Adri.tol. 109

10 **Thesaurus** inuentus cuius esse debeat.de thesaur.l. nemo.nu.1. 472

10 Thesaurum querere in suo an liceat.de thesau.l.nemo.nu.2. 489

6 **Timor** iustus ibi est,vbi iusta suspicio.in.l.scimus.nume.4.de iure deliber. 103

6 Timens ne alius suam possessionem inuadat,sufficit ad consequendū iudicis interdictum,facere fidem de possessione in libello,ꝛ ordine iudiciorum non seruato.in.l.edicto.nu.4.de edi.di.Adri.tol. 109

1 **Titulus** directus institutionis,non subiacet falcidie.in.l.si quis.nu.1.de episc.ꝛ cler. 46

9 Titulus in violentia expulsiua an prosit nō possidenti.in.l.data opera.nu.68.qui accu.non poss. 417

7 Titulus pro suo non habet locum in suo herede.in.l.nihil.nume.1.de vsucap.pro here. 218

3 Titulus iustus,vel iustissimus an sufficit ad prescribendum:ꝛ ita sufficiat ad excludendam petitionem hereditatis,remissiue.in.l.nullo iusto.nu.3.de rei vend. 209

7 Titulus ne liceat in vna ea.sent.ter.pro. an habeat locū si appellatur ab electione,ꝛ appellans bis succumbit.in.l.j.nu.).eo.tit. 327

3 Titulus in publiciana non excludit processum, nec potest opponi ad impediendum processum. in.l.cogi possessorem. nume.6. de petitione hereditatis. 196

3 Titulus acquisitus lite pendente, an excludat petitionem hereditatis.ibi.nn.7.

3 Titulum alleganti an possit assignari terminus ad tit.probandū ante litem contest.ibi.nn.9.

7 Titulus pro suo quomodo oriatur.in.l.post sententiam.nu.5.de sen.ꝛ interlo.om.ind. 238

5 Titulus an presumatur ex tempore.in.l.si maior.nu.3.ꝛ.4.communi dividundo. 128

4 Titulus an acquiratur ex instrumento cessionis.in.l. per diuersas. nu.6.manda. 108

2 Titulus totus si ex fals. instru. habet locum, si falsa instrumenta sunt producta absq; dolo partis.in.l.si ex falsis.nu.6.de transact. 120

7 Tituli obligationum magistrales qui dicantur.in autb.ꝛ qui iurat. nu.9.de bo.auto.iud.possi. 315

2 Titulus de edendo tractat de quadruplici editione.in rub. nu.1.eod. tit.de eden. 77

6 Titulum ostendere an quis teneatur. in.l.ciuile est. numero.1.ꝛ.2.de furtis. 11

4 Titulus cessionis an sit necesse,quod contineatur in principio instrumenti.in.l.per diuersas.nu.1.mand. 108

3 Titulus commodati, vel depositi an excludat petitionem hereditatis.in.l.cogi possessorem.nu.10.de peti.here. 198

3 Titulus an proderit ei,qui interrogatus, noluit ostendere titulum. ibi.nu.11.

7 Titulus potis non est in dote futura. in.l.j. numero.5. de vsucap.pro dote. 219

3 Titulus ꝛ bona fides non excludunt rei vendicationem,que proponitur ex veteri dominio, vel de nouo superueniens.i.in.l.aduersus.nu.1. de rei vendi. 201

3 Tituli prioritas non attenditur,sed prioritas traditionis, vel quasi in acquisitione dominij,ꝛ quando.in.l.quoties.nu.3.ꝛ.4.de rei ven. 204

7 Titulum putatiuum vbicunq; quis habet ab vno,ꝛ possessionem ab altero,nunquam possessio autoris putatiui continuatur illi. in.l.super longi.nu.18.de preseri.lon.temp. 225.

3 Titulum habens an teneatur petitione hereditatis.in.l.si post.nu.3. vers.oppo.contra.de peti.here. 195

7 Titulus verus requiritur ad prescriptionem complēdam.in.l.super longi.nu.1.ꝛ.2.de preseri.long.temp. 225

3 Titulus institutionis an requiratur in parentibus, sicut in liberis. in.l.omnimodo.nu.2.de inoff.test. 187

6 Titulus si quis aliq. test. pro. an habeat locum, quando compello te, vt instituas alium.in.l.j.nu.9.eo.tit. 117

6 Titulus criminis non inspicitur, sed titulus actionis famose. in.l. etiam furt.nu.1.de furt. 11

7 Titulus pro donato,quomodo potest cadere in re aliena. nume.6. de vsucap.pro dote. 216

6 Titulo institutionis renuntiasse quis non presumitur. in.l.j. nu.2. de edi.diui Adri.tol. 109

11 Titulus presumitur ex longa prestatione pensionis. de agri.ꝛ cens. l. litibus.nu.2.ꝛ.7. 498

10 Titulus lucratiuus appellatur simplex donatio. l. descriptionis. de impo.lucra.descrip.nu.1. 484

10 Titulus non multum excusat a percipiendis. de fide instru. l. quod in libello.nu.2. 465

7 Titulus putatiuus an sicut ad vsucapionem sufficit:ita sufficiat traditio putatiua interueniente errore iusto.l.super longi.de preser.lon. temp.nu.2. 227

2 Titulus diuisionis presumitur ex longa patientia. in.l.si certis.nu. 13.de pactis. 106

3 Titulum siue possessionis an possessor cogatur dicere ꝛ ostendere. in l.cogi possessorem.nu.2.ꝛ.4.de petit.here.fo.197.l.male.nu.2.de preser. ggg.vel.gl.anno. 231

3 Titulum suum allegare ꝛ probare,an quis teneatur.ibi.nu.2.ꝛ.3. eo.

3 Titulum quando sufficiat probari per testes,vel argumenta. in.l.cuꝫ super.veri.no.q interdum.de rei ven. 202

7 Titulus ne lice.in vna ea.sen.ter.pro.habet locum, quando etiam ab interlocutoria appellatur,ꝛ in duabus appel.succumbes petit in diffinitiua renocari illas.in.l.j.nu.5.ver.ꝛ no.eo.tit. 327

7 Titulus nullus ꝛ impossibilis non dat causam prescribendi. in.l. is contra.in.ff.lect.de prescrip.lon.tem.g.vel.gg. 238

1 **Tyranni** testamentum non valet.in.l.decernimus. nu.7.de sacrosan.eccl. 27

1 Tyrannidis tempore factum,an valeat. in.l.decernimus. nu.1.ꝛ.4.de sacrosan.eccl. 27.ꝛ.28

1 Et quid de processibus factis tempore tyrannidis.ibi.nu.).

9 **Torqueri** quando possit testis. in.l. non solum. numero. 2. de adul. 436

1 Tortura potest adhiberi etiam in diebus paschalibus ad inuestigationem enormium criminum, in. l. nemo deinceps. nu.3.de episcopali audientia. 35

7 Torquere reum an possit iudex ex sua vera,ꝛ infallibili conscientia aliis probationibus deficientibus. in.l.ampliorem. numero.7. de appellationibus. 108

9 Torqueantur illi qui sunt in domo ratione presumptionis,ꝛ non alij nam tales presumuntur nosse ea que fiunt in domo. in.l. in adulterij. nu.1.de adul. 428

6 Tortura solet dari,ꝛ ad eam peruenitur in secretis delictis, tractatibus,ꝛ consilijs propter probationis difficultatem:ꝛ quando ex solis indicijs perueniatur ad condemnationem,ꝛ absolutionem. in.l.quicunq;.nu.25.de ser.fugi. 6

9 Tortus qui non debet torqueri,an dictum suū facit aliquam presumptionem.in.l.accusationis.nu.4.de accus. 426

9 Tortus non precedentibus indicijs non facit indicium.ibi.nu.5.

9 Tortus semel sine nouis indicijs,an possit iterato torqueri.in.l.milites.nu.5.de questio. 446

9 Torqueri an pars possit ante publicationem processus.ibi.nn.7.

9 Tortura facta in casu non permisso an vitiet processum.ibi.nn.8.

9 Torturam si faciat iudex dolo malo,ꝛ sine causa, punitur pena capitis.in.l.decuriones.in fi.de questio. 446

7 Tortus quidam fuit pluribus vicibus,postea ductus ad bachum iuris, confessus notario, qui non interfuit torture:ꝛ notarius scripsit quod sponte fuit confessus, an debeat notarius puniri de falso. in.l. vnica.nu.28.vers.modo iuxta.de confess. 296

10 Torqueri quis non debet pro leui delicto.de decu.l.eum adoptiuum. nume.1. 478

10 Torum venditur ratione partis.de vend.re.fis.l.quoties.nu.1. 467

7 Tortus leuiter nō habetur pro torto.in.l.obseruare. nu.).quo.appel. non reci. 321

7 Tortura vt fiat,quid requiratur.ibi.nu.5.

7 Tormenta quando possint repeti,ꝛ quando non.ibi.nu.7.ꝛ.8.

7 Tormentorum formidine aliquid faciens,nō sibi preiudicat. ibi.n.10

9 Tortus si moritur in tormentis.an puniatur iudex. in.l.vnica. nu.4. de emen.ser. 439

2 Torqueri aliquem petens debet iurare se non habere alias probationes quam per torturam.in.l.j.nu.5.de iureiur.propt.cal.and. 119

9 Tortus mortuus in tormentis, presumitur quod sit mortuus sententia iudicis,non alterius.in.l.vnica.nu.1.de emen.ser. 439

7 **Tractus** futuri iudicij quādo spectet ad iudicem. in.l.male agitur.in.ff.lect.nu.2.de prese.ggg.vel.gl.an. 231

7 Tractus futuri temporis an pertineat ad iudicem.in.l.j.nume.14.de sent.que fine cer.quant.fol.289.l.cum Archimedorum.nu.1.vt in poss. leg at. 180

6 Transfuga qualiter puniatur.in.l.si fugitiui.nu.2.de seru.fugi. 4

7 Transfugari illud dicitur,cui forma noua datur. in.l.j.nu.).de vsuc. transfor. 220

6 Transmissio est triplex.in.l.cum proponas.nu.5.de hered.instit. 70

6 Transmissionum species quod sint.in.l.cum antiquioribus.nu.8.cuꝫ seq.de iure delib. 100

6 Transmissio que fit beneficio.l.i.de bis qui ante aper.tab.an fiat gradibus preposteratis.in.o.l.j.nu.12. 178

6 Transmissio ad quam fieri debeat,si sunt due matres.ibi.nu.13.

6 Transmissio per existentiam non fit contra voluntatem testatoris sibi de altero herede prouidentis substituendo,vulgariter in.l.apud hostes.nu.2.de suis ꝛ legi. 82

4 **Transactio** quando rescindatur propter lesionem.in.l. fi.nu.2.de contrab.empt. 116

2 Transigi posse de falso, & de mandante ñeri falsum: vide idem esse. in l. transigere. nu. 30. de transact. 114
2 Transactio facta metu non habetur rata. in l. interpositas. nume. 1. de transact. & qualiter rescindatur. nu. 5. 111
2 Transigere an possint tutor & curator, & prelatus. in l. j. nu. si aduers. transact. 145
2 Transactio quando est firmata per aquilianam stipulationem, & acceptilationem, & actor non vult seruare transactionem, que remedia sint prodita reo. in l. vbi pactum. nu. 1. de transac. 118
2 Transactio non vitiatur propter instrumenta de nouo reperta. regula cum fallen. in l. sub pretextu. nu. 3. de transa. 114
2 Transactio an valeat, licet dolus det causam contractui. ibidem. numero. 4. & 5.
4 Transactio quare dicitur contractus innominatus. in rubr. nu. 4. in fi. de rerum permut. 140
2 Transactioni standum est, nec restringitur generalitas specierum de nouo repertarum, quin ad omnia porrigatur: & quando. in l. sub pretexta specierum. nu. 1. de transa. 116
2 Transactio an operetur circa res de nouo repertas. ibi. nu. 2. 3. 4. & 5.
2 Transactio quare restringatur ad ea de quibus erat lis. ibi. nu. 6.
3 Transactio generalis super controuersia generaliter nocet, & quando. ibi. nu. 7. & 8. 117
2 Transactionem rescindi an faciat sola ratio erroris, non obstante q̃ error vitiat contractum. ibi. nu. 9. & 10. 117
2 Transactio facta super actione prima generali an preiudicet in secunda speciali. nu. 11.
2 Transactio an tollatur ipso iure per pactum contrarium, an operet replicationis. in l. si diuersa. nu. 6. de transac. 112
2 Transigere quare magis liceat in causis sanguinis, quam in alijs. in l. transigere. nu. 15. 17. 18. & 19. de transac. 113
2 Trãsigi an poterit si pena sanguinis per statutum est deducta ad pecuniariam. ibi. nu. 17.
2 Transactio facta pretextu falsorum instrumentorum, an rescindatur ipso iure, an vero sit necesse quod petatur in integrum restitutio. in l. si ex falsis. nu. 11. de transi. 120
2 In transactione iniustitia vel iniustitia cause principalis non attenditur. in l. ij. nu. 1. de transac. 109
2 Transactio non inberet cõtractibus bonefidei: q̃ esset ipso iure nulla propter dolum: nec in contractibus stricti iuris, & quare. ibi. nu. 2.
9 Transactio ita extenditur ad ea, de quibus quis erat dubius, sicut ad ea, de quibus quis erat certus, quod est no. in l. ipse significas. nume. 1. de falsis. 442
9 Transigens non per errorem repellitur ab accusatione falsi. ibi. nu. 2.
2 Transigi potest de questione spurietatis, vel status. in l. fratris tui, nu. 1. de transact. 111
2 Transactio facta cum aliquo vi transactionis, non porrigitur ad reliquos, cum quibus non est transactum: & quando. in l. j. nu. 1. 2. & 3. de transact. fol. 109. Et quid si communiter gesserunt. ibi. nu. 4 109
2 Transactio an & quando perimat litem ipso iure. in l. cum proponas. nu. 2. de transact. 112
2 Transactio & sententia absolutoria an parificentur. in l. age. n. 2. vers. sed potest. de transac. 109
2 Transactioni standum est. in l. fine apud. nu. 1. de transac. 115
2 Transactio an presumatur ratione actorum, & sic agi possit ex ea. ibid. nume. 2. 115
2 Transactionis ex contractu, an possit agi. nu. 3. & 4.
2 Transactio antequam retractetur, an interueniẽte dolo, & falso simul, sit necesse quod procedat accusatio, vel actio falsi. in l. si ex falsis. nu. 7. de transact. 120
2 Transactio inter personas inhabiles non firmat statum personarum transigentium, nec eos legitimat, nec est remedium litis finite. in l. interpositas. nu. 6. ver. item no. de transac. 112
2 Transactio specialis facta super re, quãdo est identitas rei: sed diuersitas cause agendi, an porrigatur ad causam agendi, que non erat mota. in l. si de certa re. nu. 2. de transac. 117
2 Transactio super eo quod in rem iudicatam transiuit, non valet, & de ratione. in l. si causa cognita. nu. 1. eo. tit. 117
6 Transigens non intelligitur donare: secus si gratis paciscatur, & quãdo. in l. suus heres. nu. 6. de repu. here. 108
2 Transactio facta per administratorem tunc presumitur facta bona fide, quando constat plene de debito. in l. preses. nu. 2. de transac. 111
2 Transegisse super dolo tutoris an videatur ille, qui generaliter trãsegit super actione tutele, in l. actione ad. nu. 7. de transact. 109
2 Trãsactio facta per fi, an sit contractus innominatus. in l. fine apud. nu. 13. de transact. 116
2 A contractu transactionis, licet res euincatur non receditur. in l. si pro fundo. nu. 1. de transac. 117
2 Transactio super statu quando valeat inter dominum, & seruum. in l. iubemus. nu. 1. de transa. 120
2 Transactio an valeat contra statutum. ibi. nu. 2.
2 Quid in abbate transigente cum monacho. ibi. nu. 3. & 4. 121
2 Quid in causa matrimoniali. ibi. nu. 5.
2 Quid de transactione facta inter papam & aliquam ciuitatem super statu. ibi. nu. 6.
2 Transactio vel pactio an aliquid operetur in pena sanguinis. in l. transigere. nu. 7. 9. & 10. de transa. 113
2 Transigi an possit super adulterio. ibi. nu. 11. 12. 13. & 16.
2 Transactio quando fit causa infamie irrogande, vel remittende. in l. si seuerior. nu. 2. & in quib. cau. infa. irro. 126
2 Transigere an liceat partibus vbi iudicium criminale tendit ad penam sanguinis. in l. transigere. nu. 1. 2. & 4. de transac. 113
2 Transactio pactum & concordia in criminali permissa impediũt processum iudicij, ita quod ex eadem instãtia impossibile est procedi quod not. ibid. nu. 5.
2 Transactio facta pretextu falsorũ instrumentorum renocatur, & quando. in l. si ex falsis. nu. 1. & 4. de transac. 120
7 Transactio super debito liquido est species donationis, seu libertatis. in l. si heredes. nu. 1. in fi. & nu. 2. de testa. manumiss. 203
6 Transigere an possit bona fide ille, qui est prohibitus alienare. in l. quoties. nu. 2. de fideicom. 138
2 Si per transactionem actio prima erat sublata ipso iure, postea partes recedunt a transactione: tamen creditor non prospicit sibi de nona actione, qualiter sibi succurratur. in l. si diuersa pars. nu. 1. de trãsa. 112
2 Transactio facit querelam & conditionem indebiti cessare. in l. nec intentio. nu. 1. de transac. 115
2 Transactio an & quando perimat actionem personalem mixtam, vel realem ipso iure. in l. vt responsum. nu. 1. vers. ij. no. de transac. 112
9 Transactio si est generalis, an in ea veniant que primo competebant ex priuilegio. in l. si filius. nu. 1. de bo. dam. 450
7 Transigi an possit super statu: item transactio vnius alteri non preiudicat. in l. ingenui. de inge. ma. nu. 2. 211
3 **Traditio** an probetur per instrumentum. in l. iudicia. nu. 1. de rei vendi. 205
4 Traditio vera requiritur in re mobili. in l. vnica. nu. 2. de suffra. 11
4 Traditio instrumentorum includit tacitum mandatum de agendo: quod est no. in l. si mulier. ver. ex gl. de pac. conuen. 210
4 Traditio ciuilis possessionis an sufficiat, licet naturalis apud alium stet. l. cum res. nu. 8. de probat. 41
2 Traditio qualiter fiat. in l. traditionibus. nu. 2. de pac. 101
2 Traditio an sufficiat in translatione dominij. ibi. nu. 3. & 4.
7 Traditio an sit immediata causa transferendi dominium. in l. j. nu. 1. de vsu. pro. do. 218
4 Traditio possessionis vacue an requiratur ad trãslationem dominij. in l. cum res. nu. 2. de proba. & an in publiciana. nu. 7. 40
4 Traditio possessionis ciuilis quãdo sufficiat: licet naturalis sit apud alium. ibi. nu. 8.
3 Traditio an requiratur ad prescribendam. in l. nullo iusto. nu. 8. de rei vendi. 206
8 Traditio intellectualis sufficit ad translationem dominij. in l. j. nu. 1. de dona. 396
1 **Trebellianica** an possit detrahi de relictis in redemptionem captiuorum. in l. si quis. nu. 3. de epis. & cle. 50
6 Trebellianica an possit extenuari, vel prohiberi per testatorem. in l. iubemus. nu. 1. ad trebel. fol. 149. l. filium. nu. 40. famil. ercisc. fol. 207. & auth. sed cum testator. nu. 1. & 4. ad l. falc. 171
6 Trebellianica an possit retineri in vna re. in l. falcidie. nu. 1. ad legem falcidiam. 172
1 Trebellianica an deducatur de relictis ad pias causas. in repeti. Ubaldeat. nu. 53. de sacrosan. eccle. fol. 15. l. id quod nu. 29. de episco. & cler. 41. & auth. similiter. nu. 6. ad l. falcid. 171
3 **Tributum** capitationis est reale. in l. si aquam. nu. 87. de seruit. & aqua. 215
10 Tributa vel collectas quis soluere debeat, dominus, an colonus. de anno. l. es quidem. nu. 1. & ibi. quid de decimis. 489
10 Tributa soluere coguntur castaldiones & factores dominorum de exacto tributi. l. missi. nu. 2. 489
10 Tributa solnere an teneatur ecclesia. de exact. trib. l. si diuina. n. 1. 489
10 Tributa debita soluens deuotus est & fidelis. de anno. & trib. l. omnes omnino. nu. 1. 489
10 Tributa quo debeant portari. de anno. & tribu. l. pro locis. nu. 1. 472
10 Tributa minuuntur propter predioꝝ sterilitatem & collatorũ paupertatem. de colla. dona. l. dispositionem. nu. 4. 477
7 Tribunal potest preses sibi pro libito eligere: alij vero non possunt, nisi in actibus voluntarie iurisdictionis, vel nisi cause cognitio nõ requiritur. in l. si vt proponis. n. 2. in ij. lect. quomodo & quãdo iud. 243
4 **Triennium** & biennium quomodo accipiatur. in l. edem. nu. 6. vers. & quero. loca. 144
2 **Turpitudo** est triplex. in l. cum tenon solum. nu. 5. quod metus causa. 138

2 Turpis causa tacita idem operatur, quod expressa. ibi. nu. 1.
4 Turpe an dicatur omne id, quod est contra bonos mores. in. l. aduocationis. nu. 1. de condi. ob cau. da. 17
4 Turpitudo in actibus hominum qualiter purgetur. in. l. j. nume. 8. de condi. ob turp. cau. 17
5 **Tutor** inutiliter datus in testamento, & postea cõfirmatus, an dicatur testamentarius, vel datiuus. in. l. neq; per epistolam. nu. 1. de confir. tuto. 215
5 Tutor legitimus si non est etatis legitime, an veniatur ad sequentem legitimum, vel ad datiuum. de legi. tute. l. nemo neq; nu. 3. 215
5 Ex mora non petiti tutoris nũquam excluditur, nisi primus gradus, id est, primus successor. in. l. nepotibus. nu. 1. qui pet. tut. 216
9 Tutor qui non vult accusare, debet remoueri vt suspectus. in. l. senatus. nu. 3. qui accus. non poss. 407
9 Tutor an possit dari filio deportati. in. l. fi. nu. 12. de senten. passis. 452
6 Tutor solus an possit agnoscere bonorum possessionem, si per bonorum possessionem pupillus tutori obligatur. in. l. bonorum. la. jj. nu. 8. qui admit. 33
6 Tutor vel executor possunt remittere vel restituere vsuras, & male ablata defuncti sine speciali mandato. in. l. etiam. nu. 3. de fideic. 147
2 Tutor ad negotia facit procuratorem proprio nomine. in. l. qui pupille. nu. 2. de neg. gest. 135
3 Tutor potest dari quolibet die. in. l. actus omnes. nu. 3. de fer. 176
2 Tutor & curator an possint facere pacẽ de iniuria patris pupilli, vel ipsius pupilli. in. l. pactum curatoris. nu. 3. de pac. 102
6 Tutor datus a patre pupillo suo in testamento non solenni, an teneatur, vel possit administrare sine confirmatione. in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. nu. 9. de testa. 62
6 Tutor gerendo pro herede infantis nomine, an acquirat infanti hereditatem. in. l. potuit. nu. 17. vers. ij. queritur. de iure delib. 96
7 Tutor vel curator qui confitetur extra iudiciũ se recepisse, & in libro suarum rationum hoc prescripsit, an preiudicat dominis suis. in. l. omnes. §. ad hec. nu. 1. de quadr. prescr. 240
3 Tutores postbumi preteriti possunt dicere testamentum nullum. in. l. i. nu. 1. de ordi. iudi. 172
6 Tutor datiuus petitus a matre an preferatur legitimis, ita quod in optione matris sit quem petat tutorem. in. l. omnem matri. nume. 6. ad tertullianum. 138
4 Tutor pro debito pupilli in rebus proprijs non patitur immissionẽ. in. l. j. vers. no. quando fisc. vel prina. 30
4 Tutor an possit cogi autorari pupillo vendenti. in. l. sub pretextu. de hered. actio. 32
4 Tutor an compellatur ad iurandum. in. l. cum etiam. nu. 1. vers. dein. de. de reb. credi. 4
7 Tutor vnus quando possit sine alio. in. l. cum magistratu. nu. 4. quando prouo. non est necess. 319
7 Et an vnus possit committere alteri motum animi sui. ibi. nu. 5.
3 Tutor vel curator negotiando cuius nomine intelligatur negotium gessisse, & ad quem spectet lucrum. in. l. si patruus. nu. 7. & 8. communia vtriusq; iud. 229
1 Tutor vel curator in iudicio debet presentialiter consentire tam in actu momentaneo, quam in indicio successiuo. in. auth. causa que. nu. 7. de episc. & cler. 44
6 Tutoris delictum an noceat pupillo. in. l. polla quidem. nu. 2. de bis quib. vt indig. 119
7 Tutor vel curator creatus non appellat: sed intra quinquaginta dies se excusat. in. l. appellatione. §. si ad scribatum. nu. 5. de appel. 303
2 Tutor quomodo dicatur suscipere administrationẽ. in. l. si tutor tuus. nu. 1. in quib. cau. in integ. rest. non est necess. 148
2 Tutor quondam si reddidit rationem curatori quondam sui pupilli, & ei restituit reliqua, est sibi liberatio quesita, tamen ipse adultus potest ex causa restitui in integrum. in. l. j. nu. 1. si aduer. sol. 146
9 Tutor & curator an admittantur in causis capitalibus. in. l. reos. nu. 26. de accusa. 424
4 Tutores possunt committere matri pupilli vniuersalem administrationem, & erit commissaria tutorum. in. l. si mater. nu. 1. ad velleia. 81
6 Tutor testamentarius vel datiuus non succedit pupillis alijs deficientibus. in. l. certum est. nu. 14. vnde legit. 41
2 Tutori si fiat liberatio an liberet eum a dolo. in. l. sub pretextu specierum. nu. 14. de transact. 117
7 Tutor promisit fideiussori suo illum extrahere de obligatione. qualiter fiet executio huius promissionis durante tutela. in. l. quanquam. nu. 9. de sent. que sine cer. quanti. 260
6 Tutor solus an possit repudiare bonorum possessionem damnosam pupillo. in. l. bonorum. la. jj. nu. 5. qui admit. 33
9 Tutor & curator an possint alieno nomine accusare. in. l. ij. nu. 4. qui accus. non poss. 404
2 Tutor, curator & procurator potest cogi respondere pro domino suo. in. l. cum qui res. nu. 2. de procu. 128
6 Tutoris solius scientia an sufficiat ad hoc, vt maior infante trãsmittatius deliberandi. in. l. si infanti. nu. 22. cum seq. de iure delib. 98
6 Tutor solus an poterit adire coram iudice. in. l. bonorum. la. jj. nu. 3. qui admitti. 33. & l. potuit. nu. 1. & 4. de iure delib. 95
4 Tutoris autoritas quare debeat interuenire in ipso actu, & decretum iudicis potest seorsum interponi. l. cum ipse. numero. 5. de contraben. emptione. 115
2 Tutor & curator constituunt procuratorem ante litem contestatam nomine pupilli, vel adulti, & quando. in. l. neq; tutores. nume. 1. de procuratoribus. 130
2 Tutor ordinat actorem etiam ante litem contestatam cum decreto iudicis. ibi. nu. 2.
2 Tutores & curatores equiparantur procuratoribus. ibidem. verficu. vltimo not.
2 Tutor vel curator si accipit pecuniam sub vsuris pro negotijs pupillaribus, quando petat a pupillo, vel curator ab adulto. in. l. ob negotium. nu. 1. de neg. gest. 137
2 Tutor & curator tenentur de male gestis, & neglectis tutori, vel curatori. l. tutori vel curatori. nu. 1. de nego. gest. 137
5 Tutor si omisit aliquid ponere in inuentario per ignorãtiam, non remouebitur. in. l. veteris. nu. 7. arbi. tut. 216
5 Et quid si aliquid omiserit ex certa scientia. ibi. nu. 8.
5 Tutor agens an debeat facere copiam inuentarij aduersario: & an debeatur copia totius inuentarij ei, qui conuenitur a tutore, in. l. j. nu. 1. de alimen. pupil. prest. fol. 210. & in l. veteris. nu. 4. arbit. tute. eod.
9 Tutores plures vel plures curatores an simul admittantur ad accusandum. in. l. senatus. nu. 4. qui accu. non poss. 410
4 Tutor quando possit emere bona pupilli. in. l. cuz ipse. nu. 1. de contrabenda emptione. 114
2 Tutor si constituit procuratorem, an eo mortuo re integra renouetur procuratoz. in. l. neq; tutores. nu. 10. de proc. 130
6 Tutorem habenti quando detur tutor. in. l. omnem. n. 2. ad tertul. 189
1 Tutor vel curator potest dari in ecclesia. in. l. nemo apostolorum. nu. 5. de sacrosan. eccl. 15
5 **Tutela** an valeat si sit omissa illa renuntiatio, & omni augilio &c. in auth. matri & auie. nume. 4. quando mul. tut. offi. fung. 183
6 Tutela est magis bonor, quam onus. in. l. cum quidam. numero. 2. de verbo. signifi. 129

De litera V.

4 **Vbertas** suppletiua damni propter sterilitatẽ terre contingens quando dicatur. in. l. licet. nume. 11. loca. 147
4 Et quid est iste annus qui supplet vices anni alterius. ibid. numero. 12.
7 **Vagabundi** possunt vbicunq; conueniri. in. l. cũ in longi. nu. 3. de prescr. long. temp. 231
7 **Vacatio** a muneribus concessa an prebeat vacationem ab honoribus. de decurio. l. vacuatis. nu. 4. fol. 480. & an a tutela. nu. 5. ibid.
7 **Valor** rei presens an probetur per instrumenta veterum venditionum, & emptionum. in. l. vnica. nu. 80. de sent. que pro eo quod inter. 264
2 **Variatio** contingens per nouina, & aduerbia facto rei nõ impedit contra eum & ex eadem instantia ad condemnationem procedi. in. l. curatoris. nu. 10. & 11. de neg. gest. 136
6 **Vasalli** quando possint prescribi, & alienari. in. l. j. nu. 16. de ser. fugit. 3
6 Vasallus & libertus debent tractare suum dominum, vt dominũ, non ore tantum, sed opere. in. l. manumissionis. nu. 5. de ope. lib. 22
6 Vasalli & rustici non possunt facere instrumenta in preiudicium sue libertatis. in. l. si quam. ver. & not. eo. tit. eod.
6 Vasallus an possit capi pro debitis domini, vt soluat creditori cẽsum, quem debet domino. in. l. liberti. nu. 41. de ope. lib. 23
4 Vasallus an possit testificari contra dominum. in. l. libertorum. nu. 1. vers. quid. de testib. 52
7 Vasallus an possit renuntiare feudo inuito domino. in. l. post certi. nu. 1. de lib. cau. 213
6 Vasalli quando teneantur sequi dominum. in. l. qui manumittuntur. nu. 2. de ope. liber. 24
7 Vasallus an teneatur alere dominum & quid econtra. in. l. j. §. sed scimus. nu. 5. de lat. lib. tol. 207
6 Vasallus an sit remittendus occasione seruitiorum impendendorum. in. l. cum archimedorum. nu. 9. vt in pos. leg. 181
7 Vasallus si confitetur se vasallum tenetur facere instrumentorum recognitionem feudi. in. l. sicut datam. nu. 1. de lib. cau. 213
7 Vasallus propter leuem inobedientiam non potest priuari feudo. in. l. solo. nu. 1. de lib. cau. 213
6 Vasallorum ius est diuisibile. in. l. si plures. nu. 5. de condi. inser. 161
6 Et an vendita curia videantur venditi vasalli. ibi. nu. 8.
7 Vasallus quando possit transigere super causa feudi. in. l. si heredes.

nu.1.vers.item glossator.de testa.manumiss. 203
6 Vasalli an contineantur in generali alienatione.in.l.in testamento. nu.12.ad legem Falcid. 170
7 Vasallus si renuntiat feudo non tenetur facere seruitia perpetua.in l.vnica.nu.42.de sent.que pro eo q̃ interest. 264
7 Vasallus vel homo meus ligius vel priuatus natus in castro meo deliquit in castro tuo,& tibi condemnatus est,& istam condemnationem solvit in loco delicti:repeto eam quid iuris.in.l.j.nu.19. si a non comp. iud. 206
7 Vasallus an possit cogi per dominum vt ostendat inuestituram feudi.in.l.cessante.nu.6.quomodo & quando iud. 244
8 Vasalus si committit feloniam,tamen non est conquestus de felonia, si vasallus decessit, an eius heredi possit moueri questio de felonia.in.l. generaliter.nu.4.de reuo.do. 404
7 Vasallus qui commisit feloniam contra dominum an debeat carere feudo ipso iure,an per sententiam.in.l.ingenuum.nu.1.de inge.ma.2it
1 Vasallus quando possit seruire in feudum per substitutum.in.l.quisquis.nu.2.de episc.& cler. 36
1 Vasallus qui tenet feudum a rege,vel simili, qui feudum dare potest, quid iuris si efficiatur monachus.ibid.
4 Vasalli an possint conueniri ad soluendum debita domini.in.l.ob causam.nu.1.de act.& obli. 21
8 Vasallum si habeo,an possum eum invitum donare, vel cedere alteri, puta duriori domino.in.l.si nominis.nu.1.de dona. 398
3 Vasallus propter iuramentum fidelitatis non prestitum,nec inuestituram petitam intra annum,an perdat feudum.in.l.solennibus.nu.5. de rei vendi. 206
3 Vasallus vt amittat feudum requiritur quod sit in dolo.ibi.nu.6.
6 Vasallus si deliquit in dominum: aut in alium ad quem veniat feudū. in.l.qui se patris.nu.7.vers.& collige.vnde lib. 40
6 Vasalli filius qui habet feudum auitum, an possit repudiare hereditatem paternam retento feudo auito,vel proauito.ibi.nu.10.
4 **Vecturales** qui portant res periculo domini rerum,tenentur,si res perierint defectu ipsorum vecturalium.in.l.cum proponas.nu.8.de naut.fenor. 102
4 Vecturalis qui causa fraudandi vectigal sine passagium,nō facit iter consuetum,cuius erit periculum.ibi.nu.9.
4 Et qui metu hostium vel ex impetu maris non seruat locum nauigij, vel itineris non punitur.ibi.nu.11.
1 Velle nō videtur ille,qui nō vult,vt debet.in.l.iubemus.§. seruos.nu. 1.de episc.& cler. 41
5 Velle non dicor,que non possum.l.j.de na.lib.nu.2. 213
8 **Vendens** simpliciter rem an videatur vendere tanquam liberam,& nemini obligatam.in.l.ex prediis.nu. 1.& 3.de euictio. 364
4 Venditio non tenet propter pactum appositum quod remouet a contractu naturalem eius effectum.in rub.nu.11.de contraben.empt. 112
4 Venditor si tradidit rem hoc pacto,q̃ non transeat dominium donec pretium integraliter persoluatur,an teneat illud pactum.ibi.nu.13.
4 Vendita re primo constitutione precarij,secundo cum naturali traditione,quis est potior.ibi.nu.16.
4 Venditor qui inuestiuit emptorem per annulū, an videatur per hoc tradidisse possessionem.ibi.nu.17.& 18.
4 Venditor credens se habere vtile dominium,tanquam superficiarius, cum re vera haberet directum,vendidit ius superficiarij,an valeat contractus.ibi.nu.14.
3 Vendens rem meam me presente,& consentiente, an possum repetere pretium a venditore.in.l.mater tua.nu.9.de rei vendi. 200
7 Vendendi ius qui dicantur non habere. in.l.j. nume.2.de vsucap.pro empto. 216
4 Vendēs actionem an possit habere fidem de pretio. in.l.per diuersas. nu.17.mand. 108
8 Venditiones quando fiunt cuz subhastationibus,si res non erant debitoris, habent regressum contra eum de euictione. in.l.si ob causam. nu.2.de euictio. 385
4 Venditor an teneatur precise ad tradendum.in.l.si traditio. nume.1. de actio.empt. 129
2 Venditor hereditatis an sit liberatus ipso iure per venditionem.in.l. post venditionem.nu.3.de pac. 95
1 Venditio liberi hominis inter ignorantes valet.in.l.non dubium.nu. 16.de legi. 59
4 Venditionis nomen quando q̃ ponitur pro contractu innominato.in l.pretij.vers.extra.de rescin.vend. 124
8 Vendens rem & obligans an intelligatur vendidisse,& obligasse rem totam.in.l.j.nu.3.si pig.da. 363
6 Vendens aliquam rem,nec est factum aliquod instrumentum, an cogatur venditor inde facere instrumentum.in.l.instrumenta. nume.4. de fideicom. 148
3 Vendens rem duobus qualiter puniatur,& quando.in.l.quoties.nu. 2.de rei vendi. 205
4 Venditione prohibita an sint prohibiti alij cōtractus.in.l.sancimus. nu.4.de reb.alie.non alie.fol.133.l.voluntas.nu.11.de fideicom. 138
3 Vendere rem alienam etiam domino ignorante,an quis possit.in.l.mater tua.nu.2.& 3.de rei vendi. 199
3 Et an consensus superueniens domino preiudicet.ibi.nu.4.
7 Venditione bonorum facta datur annus ad bonorum renouationem, in.l.si.nu.8.de testa.manumiss. 204
4 Venditor si promisit defendere de iure & de facto an teneatur etiam defendere a violentia.in.l.expulsos.nu.3.de act.emp. 131
8 Vendens tanquam procurator debet docere se procuratorem, alias teneretur de euictione.l.j.nu.2.credito.euicti.pig.non deb. 386
4 Venditor cum ostendit equum ornatum, debet tradere ornamenta:& quid si non vult tradere.in.l.cum proponas.n.4.de edil.act. 138
4 Venditores plures si conueniuntur redhibitoria vnus constituit vnū procuratorem,alter alium,an cogantur per vnum litigare.in.l.si predium.nu.13.de edil.act. 132
4 Vendens an presumatur iuridice vendidisse.in.l.j.nu.1.de rebus alie. non alie. 133
4 Venditio solenniter facta ob tributa non soluta,non reuocatur, licet a debitore vel creditore tributum postea offeratur.in.l.j.in prin. si propter public.pensi. 107
6 Vendens rem communem an intelligatur vendere tantum partem suam.in.l.j.nu.5.qui testa.face.possunt. 54
4 Vendēs predia & omnia iura,que habebat in tali loco,an videatur vēdidisse iura colligendi pedagia.in.l.a procuratore.de manda. 104
4 Venditor an teneatur si non admonuit emptorem, & vitium erat patens.in.l.j.nu.6.de edil.act. 177
4 Venditor si scivit,emptor vero supine ignorauit,an teneatur vēditor. ibi. nu.6.
4 Vendidi tibi fundum hoc pacto, q̃ non possit ibi edificari turris. tu vēdidisti alij,qui vult edificare.an possit prohiberi:& an tenearis mihi ad interesse vel penam.l.ea lege.nu.18.de condi.ob caus.data. 16
4 Venditor si non petijt sibi revendi,an heres possit petere. in.l.si fundum.nu.2.de pac.inter emp. 134
4 Vendo tibi omnia bona mea presentia & futura, que constituo me tuo nomine precario possidere,deinde aliqua bona acquiro,an statim virtute precarij efficieris possessor.in rub.nu.22.de contrab.empt. 112
4 Venditor quidam dixit,vendo tibi tale predium quod est. xx. iugerū, si reperitur postea quod est. xxv. iugerum,an pretium debeat augeri. ibi.nu.13.
4 Venditio an valeat,si dico vendo tibi hunc librum pro quanto fueris in concordia.in.l.si.nu.8.de contrab.empt. 117
8 Venditio pignoris quando presumatur non legitime facta:& quando possit renocari.in.l.cum contra.nu.1.2.& 3.si vendi.pign.ag. 365
4 Venditor conuentus redhibitoria, si non vult reddere pretium, condemnatur in duplum.in.l.si predium.nu.10.de edil.act. 119
4 Venditio si fiat per minorem de re existente in alio territorio,quis index interponet decretum,an index contractus,an index vbi res est.in l.j.nu.1.de contrab.empt. 112
8 Venditor qui non promisit dare fideiussores, an teneatur dare.in.l.si post.nu.1.de euic. 384
7 Vendens rem intelligitur vendere omne ius quod habet in ea. in.l.si quis emptionis.nu.2.de preser.xxx.vel.xl.an. 241
4 Venditori an sit denuntiandum,vt veniat ad causam.in.l.j.nu.5. cum plu.seq.de peri.& com.rei ven. 127
4 Venditor qui ante traditionem compromisit cum quodam extraneo, non tenetur penam,quam consecutus est,soluere emptori.ibid.versic. extra,quero.nu.8.
4 Venditor si dicit, volo tibi vendere codicem meum pro decem, si vis emere,& tu respondes immediate vellem emere &c. an contractus sit perfectus.in.l.in vendentis.nu.14.15.& 16.de contrab.empt. 116
4 Venditor potest retinere totam rem venditam etiam pro vno nummo pretio non soluto:& quid si cadat a possessione, an habeat hypothecariam,si non transtulit dominium in emptorem.in.l.si.commo. 70
10 Venditio rerum debitoris fisci carens solennitate non valet.l.quod in libello.nu.1.de fide instru. 464
10 Venditio que caret vna solennitate vel pluribus non valet. l.duplex ratio.nu.1.de fide instru. 466
10 Venditionis verbo vtrum omnis contractus cōtineatur. l. curiales. nu.1.de pred.curial. 484
4 Venditor non potest esse testis pro emptore habituro regressum in causa euictionis.in.l.omnibus.ver.propterea.de testi. 51
4 Venditor ante traditionem an habeat actionē ad pretium. in.l.si traditio.nu.3.de act.emp. 129
4 Venditor an teneatur colere fundum venditum antequam tradat. ibid.nu.9.
4 Venditor si coluit,& percepit vberrimos fructus,quos nō percepisset emptor,si coluisset, an fructus ex tali industria questos teneatur restituere.ibi.nu.10.
4 Venditor si percepit pensiones,an possint ab eo peti,tanquā fructus, an vero

an vero tanquam interesse.ibi.nu.12.
3 Venditor an debeat defendere emptorem in foro emptoris.in.l.in rem.nu.1.vbi in rem act. 180
3 Venditor an admittatur ad defensionem in foro competenti inuito actore.ibi.nu.2.
7 Venditor condemnatus ad rem tradendam,an possit opponere exceptionem pretij non soluti in.l.peremptoriam.nu.9.sen.rescin. nō pos
3 Vendens rem meam suo nomine,& res fuerit vsucapta,vel peremptaqualiter teneatur:& quid si iste venditor habeat tit. oneroſum sine lucratiuum.in.l.mater tua.nu.12.de rei vendi. 200
3 Et quid si quis non vendit rem meam,sed mihi debitam.ibi.nu.11.
3 Vendens rem mihi pignoratam,an sit idem quod in re mea.ibidem numero.14.
3 Vendidit prius rem meam ille emptor alij donauit ille donatarius vltimo vendidit,res est vsucapta vel prescripta contra quem agatur in.l.mater tua.nu.19.de rei vendi. 200
3 Vendens rem meam anpresumatur vendere nomine meo vel suo.ibidem.nu.21.
4 Vendere rem alienam,& scienter tradere an possim sine vitio furti in.l.alienum.nu.1.de fur. 11
6 Vendo tibi possidenti rem alienam,an videar eam tradere.ibidem.numero.2.
8 Vendere prohibitus sibijpsi per interpositam personā si reperiatur possidere quando presumatur per interpositam personam emisse.in l.& qui.nu.1.de distra.pig. 325
4 Vendidit quis mihi castrum reservata sibi quadam domo,super qua postea ante traditionem facit fortilitium,an ponit.in.l.si quid ita.n.3.de pac.inter emp. 116
8 Venditor quando sciuit litem moueri,an sit necessaria denuntiatio.in l.emptor.nu.1.de euic. 384
2 Venditor rei si post venditionem soluit aliquid pro collectis ratione illius rei,an repetat ab emptore.in.l.si negotium.nu.1.de nego.gest.136
4 Venditio est onplex.in.l.j.nu.3.de iure emphy. 153
7 Vendens mihi dimidiam partem fructuum,an deducit expēsas.in.l.j.nu.5.de fruc.& lit.expen. 272
